Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



36

Quas cum intulerit et comederit benedicat tibi prius qm moriar. Cui ille respondit. Noli qd esau frater meus homo pilosus sit et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et senserit timeo ne putet sibi illudere uoluisse et inducat sup me maledictionem pro benedictione. Ad qm mater. in me sit ista maledictio fili mi tantu audi uocem meam et pgens affer que dixi. Abiit et attulit deditq; matri. Parauit illa cibos sicut nouerat uelle patrem suum. et uestib; esau ualde bonis quos apud se domi habebat induit eum pelliculasq; hedoru circumdedit manib; et colli nuda prexit. Dedit pulmentum et panes quos coquerat tradidit. Quib; ullatenus dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis estu fili mi. Dixitq; iacob. Ego sum esau primo genitus tuus. feci sicut precepisti mi. Surge sede et comede de uenatione mea. ut benedicat mi anima tua. Rursum ysaac ad filium suum. quom inquit tam cito inuenire potuisti fili mi. Qui respondit. Voluntas dei fuit. ut cito occurreret michi qd uoleba. Dixitq; ysaac. Accede huc ut tangam te et probem utrum tu sis filius meus esau annon. Accessit ille ad patrem. et palpato eo dixit ysaac. Vox quidem uox iacob est. sed manus sunt manus esay. Et non cognouit eum. quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo ait. Tu es filius meus esau. Respondit Ego sum. Et ille. Affer michi inquit cibos de uenatione tua. fili mi. ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset. optulit ei etiam uinum. Quo haustodixit adeum. Accede ad me. et da mi osculum fili mi. Accessit. et osculatus est eum. Statimq; ut sensit uestimentorum illius fragrantia benedicens ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dns. Det tibi ds de ros celi et de pinguedine terre habundantiam frumenti uini et olei. et seruiant tibi ppli et adorent te tribus. Esto dns fratrum tuorum. et incurbent ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. et qui benedixerit tibi benedictionib; repleatur. Vix ysaac sermonem impleuerat. et ecce iacob foras uenit esau coctos q; de uenatione cibos intulit patri dicens. Surge pater mi. et comede de uenatione filii tui ut benedicat mi anima tua. Dixit